



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Utrùm matrimonia clandestina jure antiquo non solùm fuerint prohibita, sed etiam inelida, quâ ratione potuerint jure novo ab Ecclesia irritari?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## T I T U L U S III.

## DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

## §. I.

*Virum matrimonia clandestina jure antiquo non solum fuerint prohibita, sed etiam invalida, quâ ratione poterint jure novo ab Ecclesia irritari?*

**Q**Uæ matrimonia clam sine Parocho, & testibus contrahuntur, dicuntur matrimonia clandestina: ea semper quidem in Ecclesia prohibita fuerunt, & illicita, ob multa, & gravia incommoda, non fuerunt tamen ante Concilium Tridentinum invalida, prout certa & communis sententia habet, juxta *Can. Nullus 2. can. 30. q. 5. & c. 2. h. 1. & Trident. sess. 24. c. 1. De reformat.* hodie tamen post *Concil. Trident. L. c.* sunt invalida, si aliter quàm præsentem Parocho, (quamvis hic Sacerdos non sit, modò sit alterutrus sponsi Parochus) vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu ordinarii licentia, ac duobus, vel tribus testibus, (quales quales illi sint, modò advertant, quid agatur) contrahant, ad plura scilicet gravissima incommoda præcavenda, invalidante Ecclesiâ matrimonia talia clandestina, non quidem per se & directè annullando Sacramentum, quòd in Ecclesiâ potestate non est, sed indirectè tantùm, & per accidens, annullando scilicet contractum Civilem, & humanum immediatè, & per consequens

irritum etiam faciendo Sacramentum. Quæ irritatio clandestinorum taliter acceptorum matrimoniorum adeo certa est, ut in Ecclesiis, ubi promulgatum decretum illud Tridentini fuit, etiam illi qui decretum hoc invincibiliter ignorantes nulliter clandestinè contrahunt, quæ irritans etiam ignorantes in ordine ad nullitatem actûs obligare possit; unde qui clam, aut præsentem quidem in parte viciniae parte, absente tamen Parocho, contrahunt, in articulo v. g. necesse, aut aliâ quacunque necessitate, cum debente forma substantiali ad validum actûs requisitâ, sicuti requiritur ad validum matrimonium, Parochi v. g. præsentem præsentia, actus sollemniter possit; quòd si tamen in causa, quæ facie Ecclesiæ, coram Parocho sollemniter testibus matrimonium contractum est, ob impedimentum tamen occultum revalidum, cessante postmodum, & sublato legitime impedimento revaleatur, non est necessarium, ut coram Parocho & testibus, hæc revalidatio fiat, si impedimento tali publicè non constitit, cum incommoda, ob quæ clandestina matrimonia irrita facta sunt, satis in tali casu caveri possint.